



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Commentarius Pavli Bernriedensis, Antiqui Scriptoris, De  
Vita Gegorii VII. Pontif. Max.**

**Paulus <Bernriedensis>**

**Ingolstadii, 1610**

XXXIX. De perlustratione templorum Romæ, B. Laurentio ductore.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65381)

eius Adalbertus vicinæ munitiois Dominus, à qua dicebatur<sup>a</sup> Iringopolitanus, vehementer effloruerat in gratia quarti Heinrici diu pessimè regnantis propter peccata populi, ideoque apud Præsules, & Abbates impetrabile ei fuit, quidquid expetiit. Tanto ita collectore non mediocriter ditatus est Sanctorum cineribus, & ossibus locus ille.

*a Dominus de Iringsburg. Vide Hund. de Monast. Bavarie. Vocatur etiam castrum Iringi.*

XXXVII. Illuc ergò conducti charitate ad curandam sepulturam, sororis Gepe inuitè tunc absentis Cunradi eremitæ, qui auctor extitit Buribergensis cellæ, præfatus videlicet Henricus, & Domna Bertha mater Ottonis. Ego quoque Paulus, & Gebehardus, alumnus meus, occurrentem nobis magno cum gaudio suscepimus suauissimam Herluam: quæ cum non solum pro tractatu funeris contristaretur, sed etiam pro festo S. Iacobi, quod tunc instabat, spirituali nobiscum lætitia iocundaretur, interfuit missarum celebrationi, quæ agebatur in veneratione eiusdem Apostoli. Cumque ventum esset ad Canonem, candentem videre cœpit spirituum iustorum multitudinem, ut non solum Ecclesiam, sed etiam tectum eius, & atrium repleri cernebat, sacerdotalibus quoque vestibus nonnullos<sup>b</sup> inces-

*\* MSS. incedisse.*

XXXVIII. Et hæc quidem insinuare curavit Arnoldo Paulostatensi, religioso viro & nobili, per quem & ego cognoui, intendens ei commendare personam multorum derogationibus addictam: mihi autem nihil horum, sed hoc tantum discessuro à se, quasi pro viatico retulit, quod & ipsa die, & multotiens antea Beatum Laurentium sacræ cõmunionis ducem habuerit.

XXXIX. Eodem etiam ductore perlustravit in spiritu, quadam vice, quidquid templorum est Romæ.

Z XL. Olim